

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Heresis f  
cum fontibus proximo et primo

Resecandae sunt putridae carnes,  
et scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus,  
massa et peccora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat.  
Arius in Alexandria una scintilla fuit,  
sed quoniam non statim oppressus est,  
totum orbem eius flamma populata est.

Ieronymus.

Dicit enim Hieronymus, et habetur XXIV, qu. 3:

Resecandae sunt putridae carnes,  
et scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus,  
massa, corpus et pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat.  
Arius in Alexandria una scintilla fuit:  
sed quoniam non statim oppressus est,  
totum orbem eius flamma populata est.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 11.3  
(P. Caramello ed., p.67).

Igitur et scintilla statim ut apparuerit exstinguenda est  
et *fermentum* a massae uicinia semouendum,  
secandae putridae carnes  
et scabiosum animal a caulis ouium repellendum, ne tota domus,  
massa, corpus et pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat.  
Arrius in Alexandria una scintilla fuit;  
sed quia non statim oppressa est,  
totum orbem eius flamma populata est.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in epistolam Pauli  
Apostoli ad Galatas*, 3 (CCSL 77A, G. Raspanti ed., p.163,  
ll.36-43).